1. ΓΘ] cvp, euan. V. 8. διάμετρον V; corr. p. 13. δυνατόν] cv, -όν euan. V. 21. αἱ] om. V, corr. p.

AB parallela est [Eucl. VI, 2]. uerum etiam ΓZ ei parallela est; quod absurdum est [Eucl. I, 30]. ergo recta in A contingens rectae $\Gamma\Delta$ parallela est.

VII.

Si recta coni sectionem uel circuli ambitum contingit, et in sectione recta huic parallela ducitur et in duas partes aequales secatur, recta a puncto contactus ad medium punctum ducta diametrus sectionis erit.



sit coni sectio uel circuli ambitus $AB\Gamma$, contingens autem ZH, et rectae ZH parallela $A\Gamma$, quae in E in duas partes aequales secetur, ducaturque BE. dico, BE diametrum sectionis esse.

ne sit enim, sed, si fieri potest, diametrus sectionis sit $B\Theta$. itaque $A\Theta = \Theta\Gamma$ [I deff. pr. 4]; quod absurdum est; nam $AE = E\Gamma$. ergo $B\Theta$ diametrus sectionis non erit. iam eodem modo demonstrabimus, ne aliam quidem ullam diametrum esse praeter BE.

VIII.

Si recta cum hyperbola in duobus punctis concurrit, in utramque partem producta cum asymptotis concurret, et rectae ex ea ad asymptotas a sectione abscisae aequales erunt.

sit hyperbola $AB\Gamma$, asymptotae autem $E\Delta$, ΔZ, et cum $AB\Gamma$ concurrat recta aliqua $A\Gamma$. dico, eam in utramque partem productam cum asymptotis concurrere.

ἡ ΔΗ. διάμετρος ἄρα ἐστὶ τῆς τομῆς· ἡ ἄρα κατὰ τὸ Β ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ ΑΓ. ἔστω οὖν ἐφαπτομένη ἡ ΘΒΚ· συμπεσεῖται δη ταῖς ΕΔ, ΔΖ. ἐπεὶ οὖν παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΓ τῇ ΚΘ, καὶ ἡ ΚΘ συμπίπτει ταῖς ΔΚ, ΔΘ, καὶ ἡ ΑΓ ἄρα συμπεσεῖται ταῖς ΔΕ, ΔΖ.

συμπιπτέτω κατὰ τὰ Ε, Ζ· καί ἐστιν ἴση ἡ ΘΒ τῇ ΒΚ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΖΗ τῇ ΗΕ. ὥστε καὶ ἡ ΓΖ τῇ ΑΕ.

θ'.

Ἐὰν εὐθεῖα συμπίπτουσα ταῖς ἀσυμπτώτοις δίχα τέμνηται ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς, καθ' ἓν μόνον σημεῖον ἅπτεται τῆς τομῆς.



εὐθεῖα γὰρ ἡ ΓΔ συμπίπτουσα ταῖς ΓΑΔ ἀσυμπτώτοις δίχα τεμνέσθω ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς κατὰ τὸ Ε σημεῖον. λέγω, ὅτι κατ' ἄλλο σημεῖον οὐχ ἅπτεται τῆς τομῆς.

εἰ γὰρ δυνατόν, ἁπτέσθω κατὰ τὸ Β. ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΕ τῇ ΒΔ· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἡ ΓΕ τῇ ΕΔ ἴση. οὐκ ἄρα καθ' ἕτερον σημεῖον ἅπτεται τῆς τομῆς.

ι'.

Ἐὰν εὐθεῖά τις τέμνουσα τὴν τομὴν συμπίπτῃ ἑκατέρᾳ τῶν ἀσυμπτώτων, τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῶν ἀπολαμβανομένων εὐθειῶν μεταξὺ τῶν ἀσυμπτώτων καὶ τῆς τομῆς ἴσον ἐστὶ τῷ τετάρτῳ τοῦ γινο-

1. ἡ] (alt.) c, renouat. m. rec. V. 5. ΔΘ] ΚΘ V, corr. p. 15. ΓΑΔ] c, Δ e corr. m. 1 V.

$A\Gamma$ in H in duas partes aequales secetur, et ducatur $\varDelta H$; ea igitur diametrus sectionis est [prop. VII].



itaque recta in B contingens rectae $A\Gamma$ parallela est [prop. V—VI]. contingat igitur $\Theta B K$. itaque cum $E\varDelta$, $\varDelta Z$ concurret [prop. III]. quoniam igitur $A\Gamma$ et $K\Theta$ parallelae sunt, et $K\Theta$ cum $\varDelta K$, $\varDelta\Theta$ concurrit, etiam $A\Gamma$ cum $\varDelta E$, $\varDelta Z$ concurret. concurrat in E, Z. et $\Theta B = BK$; quare etiam [Eucl. VI, 4] $ZH = HE$. ergo etiam $\Gamma Z = AE$.

IX.

Si recta cum asymptotis concurrens ab hyperbola in duas partes aequales secatur, in uno puncto solo sectionem tangit.

recta enim $\Gamma\varDelta$ cum asymptotis $\Gamma A\varDelta$ concurrens ab hyperbola in puncto E in duas partes aequales secetur. dico, eam in nullo alio puncto sectionem tangere.

nam si fieri potest, tangat in B. itaque $\Gamma E = B\varDelta$ [prop. VIII]; quod absurdum est; supposuimus enim, esse $\Gamma E = E\varDelta$. ergo $\Gamma\varDelta$ in nullo alio puncto sectionem tangit.

X.

Si recta aliqua sectionem secans cum utraque asymptota concurrit, rectangulum comprehensum rectis inter asymptotas sectionemque abscisis aequale est quartae parti figurae ad diametrum effectae, quae μένου εἴδους πρὸς τῇ διχοτομούσῃ διαμέτρῳ τὰς ἀγομένας παρὰ τὴν ἠγμένην εὐθεῖαν.

ἔστω ὑπερβολὴ ἡ ΑΒΓ, ἀσύμπτωτοι δὲ αὐτῆς αἱ ΔΕ, ΕΖ, καὶ ἤχθω τις ἡ ΔΖ τέμνουσα τὴν τομὴν καὶ τὰς ἀσυμπτώτους, καὶ τετμήσθω ἡ ΑΓ δίχα κατὰ τὸ Η, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΕ, καὶ κείσθω τῇ ΒΕ ἴση



ἡ ΕΘ, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Β τῇ ΘΕΒ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΜ· διάμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΘ, ὀρθία δὲ ἡ ΒΜ. λέγω, ὅτι τὸ ὑπὸ ΔΑΖ ἴσον ἐστὶ τῷ τετάρτῳ τοῦ ὑπὸ τῶν ΘΒΜ, ὁμοίως δὴ καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΔΓΖ.

ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ Β ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ ΚΛ· παράλληλος ἄρα ἐστὶ τῇ ΔΖ. καὶ ἐπεὶ δέδεικται, ὡς ἡ ΘΒ πρὸς ΒΜ, τὸ ἀπὸ ΕΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΚ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΕΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΔ, ὡς δὲ ἡ ΘΒ πρὸς ΒΜ, τὸ ὑπὸ ΘΗΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΑ, ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΕΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΔ, τὸ ὑπὸ ΘΗΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΑ. ἐπεὶ οὖν ἐστιν, ὡς ὅλον τὸ ἀπὸ ΕΗ πρὸς ὅλον τὸ ἀπὸ ΔΗ, οὕτως ἀφαιρεθὲν τὸ ὑπὸ ΘΗΒ πρὸς ἀφαιρεθὲν τὸ ἀπὸ ΑΗ, καὶ λοιπὸν ἄρα τὸ ἀπὸ ΕΒ πρὸς

---

1. εἴδους] cvp, euan. V. 15. ὡς ἄρα — 16. ἀπὸ ΗΑ] addidi e p (τῆς ΕΗ; τῆς ΗΔ οὕτω; τῶν ΘΗ, ΗΒ; τῆς ΗΑ); om. V; cfr. p. 196, 10—11.

rectas ductae rectae parallelas in binas partes aequales secat.

sit hyperbola $AB\Gamma$, asymptotae autem eius ΔE, EZ, et ducatur recta aliqua ΔZ sectionem asymptotasque secans, et $A\Gamma$ in H in duas partes aequales secetur, ducaturque HE, et ponatur $E\Theta = BE$, ducaturque a B ad ΘEB perpendicularis BM; itaque $B\Theta$ diametrus est [prop. VII], BM autem latus rectum.[1]) dico, esse

$$\Delta A \times AZ = \tfrac{1}{4}\Theta B \times BM = \Delta\Gamma \times \Gamma Z.$$

ducatur enim per B sectionem contingens $K\Lambda$; ea igitur rectae ΔZ parallela est [prop. V]. et quoniam demonstrauimus, esse

$$\Theta B : BM = EB^2 : BK^2 \text{ [prop. I]} = EH^2 : H\Delta^2$$

[Eucl. VI, 4], et

$$\Theta B : BM = \Theta H \times HB : HA^2 \text{ [I, 21]},$$

erit etiam

$$EH^2 : H\Delta^2 = \Theta H \times HB : HA^2.$$

iam quoniam est, ut totum EH^2 ad totum ΔH^2, ita ablatum $\Theta H \times HB$ ad ablatum AH^2, erit etiam [Eucl. V, 19] reliquum EB^2 [Eucl. II, 6] ad reliquum $\Delta A \times AZ$ [Eucl. II, 5] $= EH^2 : H\Delta^2 = EB^2 : BK^2$ [Eucl. VI, 4]. itaque [Eucl. V, 9]

$$ZA \times A\Delta = BK^2$$

[tum u. prop. III].

---

1) Intellegitur igitur factum esse, ut sit

$$\Theta B : BM = \Theta H \times HB : AH^2,$$

nec opus est hoc cum Memo diserte adiicere, ut fecit Halley.

λοιπὸν τὸ ὑπὸ ΔΑΖ ἐστιν, ὡς τὸ ἀπὸ ΕΗ πρὸς το ἀπὸ ΗΔ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΕΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΚ. ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ ΖΑΔ τῷ ἀπὸ ΒΚ.

ὁμοίως δὴ δειχθήσεται καὶ τὸ ὑπὸ ΔΓΖ τῷ ἀπὸ ΒΛ. ἴσον δὲ τὸ ἀπὸ ΚΒ τῷ ἀπὸ ΒΛ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ ΖΑΔ τῷ ὑπὸ ΖΓΔ.

ια΄.

Ἐὰν ἑκατέραν τῶν περιεχουσῶν τὴν ἐφεξῆς γωνίαν τῆς περιεχούσης τὴν ὑπερβολὴν τέμνῃ τις εὐθεῖα, συμπεσεῖται τῇ τομῇ καθ᾿ ἓν μόνον σημεῖον, καὶ τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν ἀπολαμβανομένων εὐθειῶν μεταξὺ τῶν περιεχουσῶν καὶ τῆς τομῆς ἴσον ἔσται τῷ τετάρτῳ μέρει τοῦ ἀπὸ τῆς ἡγμένης διαμέτρου παρὰ τὴν τέμνουσαν εὐθεῖαν.

ἔστω ὑπερβολή, ἧς ἀσύμπτωτοι αἱ ΓΑ, ΑΔ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΔΑ ἐπὶ τὸ Ε, καὶ διά τινος σημείου τοῦ Ε διήχθω ἡ ΕΖ τέμνουσα τὰς ΕΑ, ΑΓ.

ὅτι μὲν οὖν συμπίπτει τῇ τομῇ καθ᾿ ἓν μόνον σημεῖον, φανερόν· ἡ γὰρ διὰ τοῦ Α τῇ ΕΖ παράλληλος ἀγομένη ὡς ἡ ΑΒ τεμεῖ τὴν ὑπὸ ΓΑΔ γωνίαν καὶ συμπεσεῖται τῇ τομῇ καὶ διάμετρος αὐτῆς ἔσται· ἡ ΕΖ ἄρα συμπεσεῖται τῇ τομῇ καθ᾿ ἓν μόνον σημεῖον.

συμπιπτέτω κατὰ τὸ Η.

λέγω δή, ὅτι καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΕΗΖ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΒ.

ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ Η τεταγμένως ἡ ΘΗΛΚ· ἡ ἄρα διὰ τοῦ Β ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ ΗΘ. ἔστω

4. τῷ] cvp, corr. ex τό m. 1 V. 5. ΒΛ ἴσον? 15. ΑΔ] cvp, corr. ex ΓΔ m. 1 V. 24. δή] δέ V; corr. Halley.

iam similiter demonstrabimus, esse etiam

$$\Delta\Gamma \times \Gamma Z = B\Lambda^2.$$

uerum $KB^2 = B\Lambda^2$ [prop. III]. ergo etiam

$$ZA \times A\Delta = Z\Gamma \times \Gamma\Delta.$$

XI.

Si recta aliqua utramque rectam, quae angulum ad angulum hyperbolam continentem deinceps positum comprehendunt, secat, cum sectione in uno solo puncto concurret, et rectangulum comprehensum rectis inter rectas comprehendentes sectionemque abscisis aequale erit quartae parti quadrati diametri rectae secanti parallelae ductae.



sit hyperbola, cuius asymptotae sint ΓA, $A\Delta$, producaturque ΔA ad E, et per punctum aliquod E ducatur EZ rectas EA, $A\Gamma$ secans.

iam eam in uno solo puncto cum sectione concurrere, manifestum est; nam recta per A rectae EZ parallela ducta ut AB angulum $\Gamma A\Delta$ secabit et cum sectione concurret [prop. II] diametrusque eius erit [I, 51 coroll.]; itaque EZ in uno solo puncto cum sectione concurret [I, 26].

In figura Λ in v om., in V posita est m. 2 in intersectione rectarum AB, ΘK.

ἡ ΓΔ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΓΒ τῇ ΒΔ, τὸ ἄρα ἀπὸ ΓΒ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΓΒΔ, πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΑ λόγον ἔχει τὸν συγκείμενον ἐκ τοῦ τῆς ΓΒ πρὸς ΒΑ καὶ τοῦ τῆς ΔΒ πρὸς ΒΑ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΓΒ πρὸς ΒΑ, ἡ ΘΗ πρὸς ΗΖ, ὡς δὲ ἡ ΔΒ πρὸς ΒΑ, ἡ ΗΚ πρὸς ΗΕ· ὁ ἄρα τοῦ ἀπὸ ΓΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΑ λόγος σύγκειται ἐκ τοῦ τῆς ΘΗ πρὸς ΗΖ καὶ τῆς ΚΗ πρὸς ΗΕ. ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ ὑπὸ ΚΗΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΗΖ λόγος σύγκειται ἐκ τῶν αὐτῶν· ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ ΚΗΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΗΖ, τὸ ἀπὸ ΓΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΑ. ἐναλλάξ, ὡς τὸ ὑπὸ ΚΗΘ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΒ, τὸ ὑπὸ ΕΗΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΒ. ἴσον δὲ τὸ ὑπὸ ΚΗΘ τῷ ἀπὸ ΓΒ ἐδείχθη· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ ΕΗΖ τῷ ἀπὸ ΑΒ.

ιβ'.

Ἐὰν ἐπὶ τὰς ἀσυμπτώτους ἀπό τινος σημείου τῶν ἐπὶ τῆς τομῆς β̄ εὐθεῖαι ἀχθῶσιν ἐν τυχούσαις γωνίαις, καὶ ταύταις παράλληλοι ἀχθῶσιν ἀπό τινος σημείου τῶν ἐπὶ τῆς τομῆς, τὸ ὑπὸ τῶν παραλλήλων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἔσται τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῶν, αἷς αἱ παράλληλοι ἤχθησαν.



ἔστω ὑπερβολή, ἧς ἀσύμπτωτοι αἱ ΑΒ, ΒΓ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς το Δ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὰς ΑΒ, ΒΓ κατήχθωσαν αἱ ΔΕ, ΔΖ, εἰλήφθω

10. ΕΗΖ] corr. ex ΕΖΗ m. 2 V, ΕΖΗ cv; τῶν ΕΗ, ΗΖ p. 17. ἀχθῶσι V, corr. pc.

concurrat in H.

iam dico, esse etiam $EH \times HZ = AB^2$.

per H enim ordinate ducatur $\Theta H \Lambda K$; itaque recta in B contingens rectae $H\Theta$ parallela est [prop. V]. sit $\Gamma\Delta$. iam quoniam $\Gamma B = B\Delta$ [prop. III], erit

$$\Gamma B^2 : BA^2 = \Gamma B \times B\Delta : BA^2$$
$$= (\Gamma B : BA) \times (\Delta B : BA).$$

est autem [Eucl. VI, 4] $\Gamma B : BA = \Theta H : HZ$,

$$\Delta B : BA = HK : HE.$$

itaque erit $\Gamma B^2 : BA^2 = (\Theta H : HZ) \times (KH : HE)$. est autem etiam

$$KH \times H\Theta : EH \times HZ = (\Theta H : HZ) \times (KH : HE).$$

quare $KH \times H\Theta : EH \times HZ = \Gamma B^2 : BA^2$. permutando [Eucl. V, 16]

$$KH \times H\Theta : \Gamma B^2 = EH \times HZ : AB^2.$$

demonstrauimus autem, esse $KH \times H\Theta = \Gamma B^2$ [prop. X]. ergo etiam $EH \times HZ = AB^2$ [Eucl. V, 14].

XII.

Si ab aliquo puncto sectionis duae rectae ad asymptotas ducuntur angulos quoslibet efficientes, iisque parallelae ab aliquo puncto sectionis ducuntur, rectangulum rectis parallelis comprehensum aequale erit rectangulo comprehenso rectis, quibus parallelae ductae sunt.

sit hyperbola, cuius asymptotae sint AB, $B\Gamma$, et in sectione sumatur punctum aliquod Δ, ab eoque ad AB, $B\Gamma$ ducantur ΔE, ΔZ, et in sectione aliud sumatur punctum H, et per H rectis $E\Delta$, ΔZ parallelae ducantur $H\Theta$, HK. dico, esse

$$E\Delta \times \Delta Z = \Theta H \times HK.$$

δέ τι σημεῖον ἕτερον ἐπὶ τῆς τομῆς τὸ Η, καὶ διὰ τοῦ Η ταῖς ΕΔ, ΔΖ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΗΘ, ΗΚ. λέγω, ὅτι ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΕΔΖ τῷ ὑπὸ ΘΗΚ.

ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΔΗ καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὰ Α, Γ. ἐπεὶ οὖν ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΑΔΓ τῷ ὑπὸ ΑΗΓ, ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΗ πρὸς ΑΔ, ἡ ΔΓ πρὸς ΓΗ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΑΗ πρὸς ΑΔ, ἡ ΗΘ πρὸς ΕΔ, ὡς δὲ ἡ ΔΓ πρὸς ΓΗ, ἡ ΔΖ πρὸς ΗΚ· ὡς ἄρα ἡ ΘΗ πρὸς ΔΕ, ἡ ΔΖ πρὸς ΗΚ. ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΕΔΖ τῷ ὑπὸ ΘΗΚ.

ιγ'.

Ἐὰν ἐν τῷ ἀφοριζομένῳ τόπῳ ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων καὶ τῆς τομῆς παράλληλος ἀχθῇ τις εὐθεῖα τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἀσυμπτώτων, συμπεσεῖται τῇ τομῇ καθ' ἓν μόνον σημεῖον.

ἔστω ὑπερβολή, ἧς ἀσύμπτωτοι αἱ ΓΑ, ΑΒ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον τὸ Ε, καὶ δι' αὐτοῦ τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΕΖ. λέγω, ὅτι συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

εἰ γὰρ δυνατόν, μὴ συμπιπτέτω, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς τὸ Η, καὶ διὰ τοῦ Η παρὰ τὰς ΓΑ, ΑΒ ἤχθωσαν αἱ ΗΓ, ΗΘ, καὶ τὸ ὑπὸ ΓΗΘ ἴσον ἔστω τῷ ὑπὸ ΑΕΖ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΖ καὶ ἐκβεβλήσθω· συμπεσεῖται δὴ τῇ τομῇ. συμπιπτέτω κατὰ τὸ Κ, καὶ διὰ τοῦ Κ παρὰ τὰς ΓΑΒ ἤχθωσαν αἱ ΚΛ, ΚΔ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΓΗΘ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΛΚΔ. ὑπόκειται δὲ καὶ τῷ ὑπὸ ΑΕΖ ἴσον· τὸ ἄρα ὑπὸ ΔΚΛ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΚΛΑ, ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΑΕΖ· ὅπερ

---

5. Post pr. ὑπό rep. ΕΔΖ lin. 3 — ὑπό lin. 5 (pr.) Vv; corr. V m. 2, pc. 7. ΕΔ] τὸ ΕΔ V; corr. p. 16. ΓΑ] ΓΔ v. et ut uidetur e corr. m. 1 V; corr. pc. 24. παρά] c, π corr. ex κ m. 1 V.

ducatur enim $\varDelta H$ et producatur ad A, Γ. iam quoniam est $A\varDelta \times \varDelta\Gamma = AH \times H\Gamma$ [prop. X], erit [Eucl. VI, 16] $AH : A\varDelta = \varDelta\Gamma : \Gamma H$. est autem [Eucl. VI, 4] $AH : A\varDelta = H\Theta : E\varDelta$,

$$\varDelta\Gamma : \Gamma H = \varDelta Z : HK.$$

itaque $\Theta H : \varDelta E = \varDelta Z : HK$. ergo erit [Eucl. VI, 16] $E\varDelta \times \varDelta Z = \Theta H \times HK$.

XIII.

Si in loco asymptotis sectioneque comprehenso recta aliqua alteri asymptotae parallela ducitur, cum sectione in uno puncto solo concurret.

sit hyperbola, cuius asymptotae sint ΓA, AB, et sumatur punctum aliquod E, et per E rectae AB parallela ducatur EZ. dico, eam cum sectione concurrere.

nam, si fieri potest, ne concurrat, et in sectione sumatur punctum aliquod H, et per H rectis ΓA, AB parallelae ducantur $H\Gamma$, $H\Theta$, fiatque $\Gamma H \times H\Theta = AE \times EZ$, et ducatur AZ producaturque; concurret igitur cum sectione [prop. II]. concurrat in K, et rectis ΓA, AB parallelae per K ducantur $K\varLambda$, $K\varDelta$; itaque $\Gamma H \times H\Theta = \varLambda K \times K\varDelta$ [prop. XII]. supposuimus autem, esse etiam $\Gamma H \times H\Theta = AE \times EZ$.



itaque erit $\varDelta K \times K\varLambda = AE \times EZ = K\varLambda \times \varLambda A$ [Eucl. I, 34]; quod fieri non potest; est enim et

Figura in Vv imperfecta est.

ἀδύνατον· μείζων γάρ ἐστι καὶ ἡ ΚΛ τῆς ΕΖ καὶ ἡ ΛΑ τῆς ΑΕ. συμπεσεῖται ἄρα ἡ ΕΖ τῇ τομῇ.

συμπιπτέτω κατὰ τὸ Μ.

λέγω δή, ὅτι κατ' ἄλλο οὐ συμπεσεῖται. εἰ γὰρ δυνατόν, συμπιπτέτω καὶ κατὰ τὸ Ν, καὶ διὰ τῶν Μ, Ν τῇ ΓΑ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΜΞ, ΝΒ. τὸ ἄρα ὑπὸ ΕΜΞ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΕΝΒ· ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα καθ' ἕτερον σημεῖον συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

ιδ'.

Αἱ ἀσύμπτωτοι καὶ ἡ τομὴ εἰς ἄπειρον ἐκβαλλόμεναι ἔγγιόν τε προσάγουσιν ἑαυταῖς καὶ παντὸς τοῦ δοθέντος διαστήματος εἰς ἔλαττον ἀφικνοῦνται διάστημα.

ἔστω ὑπερβολή, ἧς ἀσύμπτωτοι αἱ ΑΒ, ΑΓ, δοθὲν δὲ διάστημα τὸ Κ. λέγω, ὅτι αἱ ΑΒ, ΑΓ καὶ ἡ τομὴ ἐκβαλλόμεναι ἔγγιόν τε προσάγουσιν ἑαυταῖς καὶ εἰς ἔλασσον ἀφίξονται διάστημα τοῦ Κ.

ἤχθωσαν γὰρ τῇ ἐφαπτομένῃ παράλληλοι αἱ ΕΘΖ, ΓΗΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΘ καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Ξ. ἐπεὶ οὖν τὸ ὑπὸ ΓΗΔ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΖΘΕ, ἔστιν ἄρα, ὡς ἡ ΔΗ πρὸς ΖΘ, ἡ ΘΕ πρὸς ΓΗ. μείζων δὲ ἡ ΔΗ τῆς ΖΘ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΕΘ τῆς ΓΗ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι καὶ αἱ κατὰ τὸ ἑξῆς ἐλάττονές εἰσιν.

εἰλήφθω δη τοῦ Κ διαστήματος ἔλαττον τὸ ΕΛ, καὶ διὰ τοῦ Λ τῇ ΑΓ παράλληλος ἤχθω ἡ ΛΝ· συμ-

---

4. ὅτι] addidi; om. V. 5. καί] (pr.) om. cp. 7. ΕΜΞ] c, Ξ corr. ex Z m. 1 V. 19. ΑΘ] p, Α incertum V, ΕΘ c. 23. ἔλαττον V; corr. p.

$K\Lambda > EZ$ et $\Lambda A > AE$. ergo EZ cum sectione concurret.

concurrat in M.

iam dico, eam in nullo alio puncto concurrere. nam si fieri potest, concurrat etiam in N, et per M, N rectae ΓA parallelae ducantur $M\Xi$, NB. itaque $EM \times M\Xi = EN \times NB$ [prop. XII]; quod fieri non potest. ergo in nullo alio puncto cum sectione concurret.

XIV.

Asymptotae et sectio in infinitum productae semper magis inter se adpropinquant et ad distantiam omni data distantia minorem perueniunt.

sit hyperbola, cuius asymptotae sint AB, $A\Gamma$, data autem distantia sit K. dico, rectas AB, $A\Gamma$ sectionemque productas semper magis inter se adpropinquare et ad distantiam minorem quam K peruenturas esse.



ducantur enim contingenti parallelae $E\Theta Z$, $\Gamma H\Delta$, ducaturque $A\Theta$ et producatur ad Ξ. iam quoniam est [prop. X] $\Gamma H \times H\Delta = Z\Theta \times \Theta E$, erit [Eucl. VI, 16]

$$\Delta H : Z\Theta = \Theta E : \Gamma H.$$

uerum $\Delta H > Z\Theta$; itaque etiam [Eucl. V, 14] $E\Theta > \Gamma H$. iam similiter demonstrabimus, etiam distantias sequentes minores esse.

iam sumatur $E\Lambda < K$, et per Λ rectae $A\Gamma$ parallela πεσεῖται ἄρα τῇ τομῇ. συμπιπτέτω κατὰ τὸ Ν, καὶ διὰ τοῦ Ν τῇ ΕΖ παράλληλος ἤχθω ἡ ΜΝΒ. ἡ ἄρα ΜΝ ἴση ἐστὶ τῇ ΕΛ καὶ διὰ τοῦτο ἐλάττων τῆς Κ.

πόρισμα.

ἐκ δὴ τούτου φανερόν, ὅτι πασῶν τῶν ἀσυμπτώτων τῇ τομῇ ἔγγιόν εἰσιν αἱ ΑΒ, ΑΓ, καὶ ἡ ὑπὸ τῶν ΒΑΓ περιεχομένη γωνία ἐλάσσων ἐστὶ δηλαδὴ τῆς ὑπὸ ἑτέρων ἀσυμπτώτων τῇ τομῇ περιεχομένης.

ιε΄.

Τῶν ἀντικειμένων τομῶν κοιναί εἰσιν αἱ ἀσύμπτωτοι.

ἔστωσαν ἀντικείμεναι τομαί, ὧν διάμετρος ἡ ΑΒ, κέντρον δὲ τὸ Γ. λέγω, ὅτι τῶν Α, Β τομῶν κοιναί εἰσιν αἱ ἀσύμπτωτοι.

ἤχθωσαν διὰ τῶν Α, Β σημείων ἐφαπτόμεναι τῶν τομῶν αἱ ΔΑΕ, ΖΒΗ· παράλληλοι ἄρα εἰσίν. ἀπειλήφθω δὴ ἑκάστη τῶν ΔΑ, ΑΕ, ΖΒ, ΒΗ ἴσον δυναμένη τῷ τετάρτῳ τοῦ παρὰ τὴν ΑΒ εἴδους· ἴσαι ἄρα αἱ ΔΑ, ΑΕ, ΖΒ, ΒΗ. ἐπεζεύχθωσαν δὴ αἱ ΓΔ, ΓΕ, ΓΖ, ΓΗ. φανερὸν δή, ὅτι ἐπ' εὐθείας ἐστὶν ἡ ΔΓ τῇ ΓΗ καὶ ἡ ΓΕ τῇ ΓΖ διὰ τὰς παραλλήλους. ἐπεὶ οὖν ὑπερβολή ἐστιν, ἧς διάμετρος ἡ ΑΒ, ἐφαπτομένη δὲ ἡ ΔΕ, καὶ ἑκατέρα τῶν ΔΑ, ΑΕ δύναται τὸ τέταρτον τοῦ παρὰ τὴν ΑΒ εἴδους, ἀσύμπτωτοι ἄρα εἰσὶν αἱ ΔΓ, ΓΕ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τῇ Β ἀσύμπτωτοί εἰσιν αἱ ΖΓ, ΓΗ. τῶν ἀντικειμένων ἄρα κοιναί εἰσιν ἀσύμπτωτοι.

---

2. ΜΝΒ] ΝΜΒ V; corr. p. 4. πόρισμα] om. V. 5. ἀσυμπτώτων] c, ἀ- supra scr. m. 1 V. 21. ΓΖ] ΕΖ V, corr. p.

ducatur $\varDelta N$; concurret igitur cum sectione [prop. XIII]. concurrat in N, et per N rectae EZ parallela ducatur MNB. ergo erit [Eucl. I, 34] $MN = E\varDelta < K$.

Corollarium.

Iam hinc manifestum est, omnibus rectis cum sectione non concurrentibus propiores esse AB, $A\Gamma$, et proinde angulum $BA\Gamma$ minorem esse quouis angulo ab aliis rectis cum sectione non concurrentibus comprehenso.

XV.

Sectionum oppositarum communes sunt asymptotae.

sint sectiones oppositae, quarum diametrus sit AB, centrum autem Γ. dico, sectionum A, B communes esse asymptotas.

per puncta A, B sectiones contingentes ducantur $\varDelta AE$, ZBH; parallelae igitur sunt [prop. V]. ponantur



igitur $\varDelta A$, AE, ZB, BH singulae quartae parti figurae rectae AB adplicatae aequales quadratae; est igitur $\varDelta A = AE = ZB = BH$. iam ducantur $\Gamma\varDelta$, ΓE, ΓZ, ΓH. manifestum igitur est propter parallelas [Eucl. I, 33], in eadem recta esse $\varDelta\Gamma$, ΓH et ΓE, ΓZ. iam quoniam hyperbola est, cuius diametrus est AB, contingens autem $\varDelta E$, et utraque $\varDelta A$, AE quartae parti figurae rectae AB adplicatae quadrata aequalis est, asymptotae sunt $\varDelta\Gamma$, ΓE [prop. I]. eadem igitur de causa sectionis B asymptotae sunt $Z\Gamma$, ΓH. ergo oppositarum communes sunt asymptotae.

ιϛ'.

Ἐὰν ἐν ἀντικειμέναις ἀχθῇ τις εὐθεῖα τέμνουσα ἑκατέραν τῶν περιεχουσῶν τὴν ἐφεξῆς γωνίαν τῶν περιεχουσῶν τὰς τομάς, συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν ἀντικειμένων καθ' ἓν μόνον σημεῖον, καὶ αἱ ἀπολαμβανόμεναι ἀπ' αὐτῆς ὑπὸ τῶν τομῶν πρὸς ταῖς ἀσυμπτώτοις ἴσαι ἔσονται.

ἔστωσαν γὰρ ἀντικείμεναι αἱ Α, Β, ὧν κέντρον μὲν τὸ Γ, ἀσύμπτωτοι δὲ αἱ ΔΓΗ, ΕΓΖ, καὶ διήχθω τις εὐθεῖα τέμνουσα ἑκατέραν τῶν ΔΓ, ΓΖ ἡ ΘΚ. λέγω, ὅτι ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν τομῶν καθ' ἓν σημεῖον μόνον.

ἐπεὶ γὰρ τῆς Α τομῆς ἀσύμπτωτοί εἰσιν αἱ ΔΓ, ΓΕ, καὶ διῆκταί τις εὐθεῖα ἡ ΘΚ τέμνουσα ἑκατέραν τῶν περιεχουσῶν τὴν ἐφεξῆς γωνίαν τὴν ὑπὸ ΔΓΖ, ἡ ΚΘ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ. ὁμοίως δὴ καὶ τῇ Β.

συμπιπτέτω κατὰ τὰ Λ, Μ.

ἤχθω διὰ τοῦ Γ τῇ ΛΜ παράλληλος ἡ ΑΓΒ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ μὲν ὑπὸ ΚΛΘ τῷ ἀπὸ ΑΓ, τὸ δὲ ὑπὸ ΘΜΚ τῷ ἀπὸ ΓΒ. ὥστε καὶ τὸ ὑπὸ ΚΛΘ τῷ ὑπὸ ΘΜΚ ἐστιν ἴσον, καὶ ἡ ΛΘ τῇ ΚΜ.

ιζ'.

Τῶν κατὰ συζυγίαν ἀντικειμένων κοιναί εἰσιν αἱ ἀσύμπτωτοι.

ἔστωσαν συζυγεῖς ἀντικείμεναι, ὧν αἱ διάμετροι συζυγεῖς αἱ ΑΒ, ΓΔ, κέντρον δὲ τὶ Ε. λέγω, ὅτι κοιναὶ αὐτῶν εἰσιν αἱ ἀσύμπτωτοι.

---

9. ΔΓΗ, ΕΓΖ] ΔΓ ἢ ΕΖ V; corr. p. 10. ΓΖ] c, corr. ex ΔΖ m. 1 V. 18. τά] τό V; corr. p.

XVI.

Si in oppositis recta ducitur utramque rectam secans, quae angulum angulis sectiones continentibus deinceps positum comprehendunt, cum utraque opposita in uno solo puncto concurret, et rectae ex ea a sectionibus ad asymptotas abscisae aequales erunt.

sint enim oppositae A, B, quarum centrum sit Γ, asymptotae autem $\Delta\Gamma H$, $E\Gamma Z$ [prop. XV], ducaturque recta aliqua ΘK utramque $\Delta\Gamma$, ΓZ secans. dico, eam productam cum utraque sectione in uno solo puncto concurrere.



nam quoniam sectionis A asymptotae sunt $\Delta\Gamma$, ΓE, et ducta est recta aliqua ΘK utramque rectarum angulum $\Delta\Gamma Z$ deinceps positum comprehendentium secans, $K\Theta$ producta cum sectione concurret [prop. XI]. similiter igitur etiam cum B concurret.

concurrat in Λ, M.

per Γ rectae ΛM parallela ducatur $A\Gamma B$; itaque [prop. XI] $K\Lambda \times \Lambda\Theta = A\Gamma^2$, $\Theta M \times MK = \Gamma B^2$. quare etiam $K\Lambda \times \Lambda\Theta = \Theta M \times MK$ et $\Lambda\Theta = KM$.

XVII.

Oppositarum coniugatarum communes sunt asymptotae.

sint oppositae coniugatae, quarum diametri coniugatae sint AB, $\Gamma\Delta$, centrum autem E. dico, earum asymptotas communes esse.

ἤχθωσαν γὰρ ἐφαπτόμεναι τῶν τομῶν διὰ τῶν Α, Β, Γ, Δ σημείων αἱ ΖΑΗ, ΗΔΘ, ΘΒΚ, ΚΓΖ· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΖΗΘΚ. ἐπεζεύχθωσαν οὖν αἱ ΖΕΘ, ΚΕΗ· εὐθεῖαι ἄρα εἰσὶ καὶ διάμετροι τοῦ παραλληλογράμμου, καὶ δίχα τέμνονται πᾶσαι κατὰ τὸ Ε σημεῖον. καὶ ἐπεὶ τὸ πρὸς τῇ ΑΒ εἶδος ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΓΔ τετραγώνῳ, ἴση δὲ ἡ ΓΕ τῇ ΕΔ, ἕκαστον ἄρα τῶν ἀπὸ ΖΑ, ΑΗ, ΚΒ, ΒΘ τέταρτόν ἐστι τοῦ πρὸς τῇ ΑΒ εἴδους. ἀσύμπτωτοι ἄρα εἰσὶ τῶν Α, Β τομῶν αἱ ΖΕΘ, ΚΕΗ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι καὶ τῶν Γ, Δ τομῶν αἱ αὐταί εἰσιν ἀσύμπτωτοι. τῶν ἄρα κατὰ συζυγίαν ἀντικειμένων κοιναί εἰσιν ἀσύμπτωτοι.

ιη'.

Ἐὰν μιᾷ τῶν κατὰ συζυγίαν ἀντικειμένων συμπίπτουσα εὐθεῖα ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς πίπτῃ τῆς τομῆς, συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν ἐφεξῆς τομῶν καθ' ἓν μόνον σημεῖον.



ἔστωσαν κατὰ συζυγίαν ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ Α, Β, Γ, Δ, καὶ τῇ Γ τις εὐθεῖα συμπιπτέτω ἡ ΕΖ καὶ ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς πιπτέτω τῆς τομῆς. λέγω, ὅτι συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν Α, Β τομῶν καθ' ἓν μόνον σημεῖον.

ἔστωσαν γὰρ ἀσύμπτωτοι τῶν τομῶν αἱ ΗΘ, ΚΛ.

8. ἀπό] ὑπό V; corr. Memus. 15. Ἐάν] ἐν V; corr. Paris. gr. 2356; ἐὰν ἐν cp. 16. πίπτῃ] c, corr. ex πίπη m. 1 V.

nam sectionem contingentes per puncta A, B, Γ, Δ ducantur ZAH, $H\Delta\Theta$, ΘBK, $K\Gamma Z$; parallelogrammum igitur est $ZH\Theta K$ [prop. V]. ducantur igitur



$ZE\Theta$, KEH; rectae igitur sunt diametrique parallelogrammi, et in puncto E omnes in binas partes aequales secantur [cfr. prop. XV]. et quoniam figura rectae AB adplicata aequalis est $\Gamma\Delta^2$ [I, 56], et $\Gamma E = E\Delta$, singula quadrata ZA^2, AH^2, KB^2, $B\Theta^2$ quarta pars sunt figurae ad AB adplicatae. itaque $ZE\Theta$, KEH asymptotae sunt sectionum A, B [prop. I]. iam similiter demonstrabimus, easdem etiam sectionum Γ, Δ asymptotas esse. ergo oppositarum coniugatarum communes sunt asymptotae.

XVIII.

Si recta cum una oppositarum coniugatarum concurrens in utramque partem producta extra sectionem cadit, cum utraque deinceps positarum sectionum in uno solo puncto concurret.

sint sectiones oppositae coniugatae A, B, Γ, Δ, et cum Γ recta aliqua EZ concurrat productaque in utramque partem extra sectionem cadat. dico, eam cum utraque sectione A, B in uno solo puncto concurrere.

sint enim $H\Theta$, KA asymptotae sectionum. itaque η ΕΖ ἄρα συμπίπτει ἑκατέρᾳ τῶν ΗΘ, ΚΛ. φανερὸ[ν] οὖν, ὡς καὶ ταῖς Α, Β τομαῖς συμπεσεῖται καθ' ἓ[ν] μόνον σημεῖον.

ιθ'.

Ἐὰν τῶν κατὰ συζυγίαν ἀντικειμένων ἀχθῇ τι[ς] εὐθεῖα ἐπιψαύουσα, ἧς ἔτυχε τῶν τομῶν, συμπεσεῖτα[ι] ταῖς ἐφεξῆς τομαῖς καὶ δίχα τμηθήσεται κατὰ τὴν ἁφήν.



ἔστωσαν κατὰ συζυγίαν ἀντικείμεναι αἱ Α, Β, Γ, Δ, καὶ τῆς Γ ἐφαπτέσθω τις εὐθεῖα ἡ ΕΓΖ. λέγω, ὅτι ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται ταῖς Α, Β τομαῖς καὶ δίχα τμηθήσεται κατὰ τὸ Γ.

ὅτι μὲν οὖν συμπεσεῖται ταῖς Α, Β τομαῖς, φανερόν· συμπιπτέτω κατὰ τὰ Η, [Θ].

λέγω, ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΓΗ τῇ ΓΘ.

ἤχθωσαν γὰρ αἱ ἀσύμπτωτοι τῶν τομῶν [αἱ] ΚΛ, ΜΝ. ἴση ἄρα ἡ ΕΗ τῇ ΖΘ καὶ ἡ ΓΕ τῇ Γ[Ζ]· καὶ ὅλη ἡ ΓΗ τῇ ΓΘ ἐστιν ἴση.

κ'.

Ἐὰν μιᾶς τῶν κατὰ συζυγίαν ἀντικειμένων εὐθε[ῖα] ἐφάπτηται, καὶ διὰ τοῦ κέντρου αὐτῶν ἀχθῶσι δ[ύο] εὐθεῖαι, ὧν ἡ μὲν διὰ τῆς ἁφῆς, ἡ δὲ παρὰ τ[ὴν] ἐφαπτομένην, ἕως οὗ συμπέσῃ μιᾷ τῶν ἐφεξῆς τομῶ[ν], ἡ κατὰ τὴν σύμπτωσιν ἐφαπτομένη τῆς τομῆς εὐθε[ῖα] παράλληλος ἔσται τῇ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρ[ου]

12. ΕΓΖ] scripsi; ΓΕΖ Vp. 25. ἡ] (alt.) c, ἡ ἡ ... ῇ ἡ p. 27. κατά] κατὰ τά V; corr. pc.

EZ cum utraque $H\Theta$, $K\Lambda$ concurrit [prop. III]. manifestum igitur, eam etiam cum sectionibus A, B in uno solo puncto concurrere [prop. XVI].

XIX.

Si in oppositis coniugatis recta aliqua ducitur quamlibet sectionum contingens, cum sectionibus deinceps positis concurret et in puncto contactus in duas partes aequales secabitur.

sint A, B, Γ, Δ oppositae coniugatae, et sectionem Γ contingat recta aliqua $E\Gamma Z$. dico, eam productam cum sectionibus A, B concurrere et in Γ in duas partes aequales secari.

iam eam cum sectionibus A, B concurrere, manifestum est [prop. XVIII]. concurrat in H, Θ.

dico, esse $\Gamma H = \Gamma\Theta$.

ducantur enim asymptotae sectionum $K\Lambda$, MN. itaque $EH = Z\Theta$ [prop. XVI], $\Gamma E = \Gamma Z$ [prop. III] et $\Gamma H = \Gamma\Theta$.

XX.

Si recta unam oppositarum coniugatarum contingit, et per centrum earum duae rectae ducuntur, quarum altera per punctum contactus, altera contingenti parallela est, dum cum altera sectionum deinceps positarum conueniat, recta in puncto concursus sectionem contingens rectae per punctum contactus centrumque ductae parallela erit, rectae autem per puncta contactus centrumque ductae diametri coniugatae oppositarum erunt.

sint oppositae coniugatae, quarum diametri coniugatae sint AB, $\Gamma\Delta$, centrum autem X, et sectionem ἠγμένῃ, αἱ δὲ διὰ τῶν ἁφῶν καὶ τοῦ κέντρου συζυγεῖς ἔσονται διάμετροι τῶν ἀντικειμένων.

ἔστωσαν κατὰ συζυγίαν ἀντικείμεναι, ὧν διάμετροι συζυγεῖς αἱ *ΑΒ*, *ΓΔ*, κέντρον δὲ τὸ *Χ*, καὶ τῆς *Α* τομῆς ἤχθω ἐφαπτομένη ἡ *ΕΖ* καὶ ἐκβληθεῖσα συμπιπτέτω τῇ *ΓΧ* κατὰ τὸ *Τ*, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ *ΕΧ* καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ *Ξ*, καὶ διὰ τοῦ *Χ* τῇ *ΕΖ* παράλληλος ἤχθω ἡ *ΧΗ*, καὶ διὰ τοῦ *Η* ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἤχθω ἡ *ΘΗ*. λέγω, ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ *ΘΗ* τῇ *ΧΕ*, αἱ δὲ *ΗΟ*, *ΕΞ* συζυγεῖς εἰσι διάμετροι.

ἤχθωσαν γὰρ τεταγμένως αἱ *ΚΕ*, *ΗΛ*, *ΓΡΠ*, παρ' ἃς δὲ δύνανται αἱ καταγόμεναι, ἔστωσαν αἱ *ΑΜ*, *ΓΝ*. ἐπεὶ οὖν ἐστιν, ὡς ἡ *ΒΑ* πρὸς *ΑΜ*, ἡ *ΝΓ* πρὸς *ΓΔ*, ἀλλ' ὡς μὲν ἡ *ΒΑ* πρὸς *ΑΜ*, τὸ ὑπὸ *ΧΚΖ* πρὸς τὸ ἀπὸ *ΚΕ*, ὡς δὲ ἡ *ΝΓ* πρὸς *ΓΔ*, τὶ ἀπὸ *ΗΛ* πρὸς τὸ ὑπὸ *ΧΛΘ*, καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ *ΧΚΖ* πρὸς τὸ ἀπὸ *ΕΚ*, τὸ ἀπὸ *ΗΛ* πρὸς τὸ ὑπο *ΧΛΘ*. ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπὸ *ΧΚΖ* πρὸς τὸ ἀπὸ *ΚΕ* τὸν συγκείμενον ἔχει λόγον ἐκ τοῦ τῆς *ΧΚ* πρὸς *ΚΕ* καὶ τοῦ τῆς *ΖΚ* πρὸς *ΚΕ*, τὸ δὲ ἀπὸ *ΗΛ* πρὸς τὸ ὑπὸ *ΧΛΘ* τὸν συγκείμενον ἔχει λόγον ἐκ τοῦ, ὃν ἔχει ἡ *ΗΛ* πρὸς *ΛΧ*, καὶ ἡ *ΗΛ* πρὸς *ΛΘ*· ὁ ἄρα συγκείμενος λόγος ἐκ τοῦ τῆς *ΧΚ* πρὸς *ΚΕ* καὶ τῆς *ΖΚ* πρὸς *ΚΕ* ὁ αὐτός ἐστι τῷ συγκειμένῳ λόγῳ ἐκ τοῦ τῆς *ΗΛ* πρὸς *ΛΧ* καὶ τοῦ τῆς *ΗΛ* πρὸς *ΛΘ*· ὧν ὁ τῆς *ΖΚ* πρὸς *ΚΕ* λόγος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς *ΗΛ* πρὸς *ΛΧ* λόγῳ· ἑκάστη γὰρ τῶν *ΕΚ*, *ΚΖ*, *ΖΕ* ἑκάστῃ τῶν *ΧΛ*, *ΛΗ*, *ΗΧ* παράλληλός ἐστι. λοιπὸς ἄρα ὁ τῆς *ΧΚ* πρὸς *ΚΕ*

---

6. τό] p, om. V, add. e corr. vc. 9. ἐστι V; corr. pc. 10. ΕΞ] ΕΖΞ V; corr. p? (ζξ?). 15. ἡ] c, e corr. m. 1 V.

A contingens ducatur EZ productaque cum ΓX in T concurrat, et ducatur EX producaturque ad Ξ, et per X rectae EZ parallela ducatur XH, per H autem



sectionem contingens ducatur ΘH. dico, esse ΘH rectae XE parallelam et HO, $E\Xi$ coniugatas esse diametros.

ducantur enim ordinate KE, $H\Lambda$, $\Gamma P\Pi$, parametri autem sint AM, ΓN. iam quoniam est

$$BA : AM = N\Gamma : \Gamma\Delta \text{ [I, 56]},$$

et $BA : AM = XK \times KZ : KE^2$,

$$N\Gamma : \Gamma\Delta = H\Lambda^2 : X\Lambda \times \Lambda\Theta \text{ [I, 37]},$$

erit etiam $XK \times KZ : EK^2 = H\Lambda^2 : X\Lambda \times \Lambda\Theta$. uerum $XK \times KZ : KE^2 = (XK : KE) \times (ZK : KE)$ et $H\Lambda^2 : X\Lambda \times \Lambda\Theta = (H\Lambda : \Lambda X) \times (H\Lambda : \Lambda\Theta)$. itaque

$(XK : KE) \times (ZK : KE) = (H\Lambda : \Lambda X) \times (H\Lambda : \Lambda\Theta)$.

quarum rationum est $ZK : KE = H\Lambda : \Lambda X$ [Eucl. I, 29; VI, 4]; nam singulae EK, KZ, ZE singulis $X\Lambda$, ΛH, HX parallelae sunt [I def. 6]. itaque

$$XK : KE = H\Lambda : \Lambda\Theta.$$

λόγος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς ΗΛ πρὸς ΛΘ. καὶ περὶ ἴσας γωνίας τὰς πρὸς τοῖς Κ, Λ ἀνάλογόν εἰσιν αἱ πλευραί· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΕΚΧ τρίγωνον τῷ ΗΘΛ καὶ ἴσας ἕξει τὰς γωνίας, ὑφ᾽ ἃς αἱ ὁμόλογοι πλευραὶ ὑποτείνουσιν. ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΕΧΚ τῇ ὑπὸ ΛΗΘ. ἔστι δὲ καὶ ὅλη ἡ υπὸ ΚΧΗ τῇ ὑπὸ ΛΗΧ ἴση· καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΕΧΗ τῇ ὑπὸ ΘΗΧ ἐστιν ἴση. παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΧ τῇ ΗΘ.

πεποιήσθω δή, ὡς ἡ ΠΗ πρὸς ΗΡ, οὕτως ἡ ΘΗ πρὸς Σ· ἡ Σ ἄρα ἡμίσειά ἐστι τῆς παρ᾽ ἣν δύνανται αἱ ἐπὶ τὴν ΗΟ διάμετρον καταγόμεναι ἐν ταῖς Γ, Δ τομαῖς. καὶ ἐπεὶ τῶν Α, Β τομῶν δευτέρα διάμετρός ἐστιν ἡ ΓΔ, καὶ συμπίπτει αὐτῇ ἡ ΕΤ, τὸ ἄρα ὑπὸ τῆς ΤΧ καὶ τῆς ΕΚ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΓΧ· ἐὰν γὰρ ἀπὸ τοῦ Ε τῇ ΚΧ παράλληλον ἄγωμεν, τὸ ὑπὸ τῆς ΤΧ καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπὸ τῆς παραλλήλου ἴσον ἔσται τῷ ἀπὸ ΓΧ. διὰ δὲ τοῦτό ἐστιν, ὡς ἡ ΤΧ πρὸς ΕΚ, τὸ ἀπὸ ΤΧ πρὸς τὸ ἀπὸ ΧΓ. ἀλλ᾽ ὡς μὲν ἡ ΤΧ πρὸς ΕΚ, ἡ ΤΖ πρὸς ΖΕ, τουτέστι τὸ ΤΧΖ τρίγωνον πρὸς τὸ ΕΖΧ, ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΤΧ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΧ, τὸ ΧΤΖ τρίγωνον πρὸς τὸ ΧΓΠ, τουτέστι πρὸς τὸ ΗΘΧ. ὡς ἄρα τὸ ΤΧΖ πρὸς τὸ ΕΖΧ, τὸ ΤΖΧ πρὸς τὸ ΧΗΘ. ἴσον ἄρα τὸ ΗΘΧ τρίγωνον τῷ ΧΕΖ. ἔχει δὲ καὶ τὴν ὑπὸ ΘΗΧ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΧΕΖ γωνίᾳ ἴσην· παράλληλος γάρ ἐστιν ἡ μὲν ΕΧ τῇ ΗΘ, ἡ δὲ ΕΖ τῇ ΗΧ. ἀντιπεπόνθασιν ἄρα αἱ πλευραὶ αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας. ἔστιν ἄρα

---

10. πεποιείσθω V; corr. p c. 14. συμπίπτη V; corr. p. 16. ἄγωμεν] ἀγομένην V; corr. Halley; ἀγάγωμεν p. 26. ὑπό] p, om. V. ἴσην] om. V; corr. p.

et latera angulos aequales ad $K, \varDelta$ positos comprehendentia proportionalia sunt; similes igitur sunt trianguli EKX, $H\Theta\varDelta$ et angulos aequales habebunt, sub quibus latera correspondentia subtendunt [Eucl. VI, 6]. erit igitur $\angle EXK = \angle \varDelta H\Theta$. est autem etiam

$$\angle KXH = \angle \varDelta HX \text{ [Eucl. I, 29];}$$

quare etiam $\angle EXH = \angle \Theta HX$. ergo EX rectae $H\Theta$ parallela est [Eucl. I, 27].

iam fiat $\Pi H : HP = \Theta H : \Sigma$. itaque Σ dimidia est parametrus diametri HO in sectionibus Γ, $\varDelta$ [I, 51]. et quoniam sectionum A, B altera diametrus est $\Gamma\varDelta$ [I, 56], et cum ea concurrit ET, erit

$$TX \times EK = \Gamma X^2;$$

nam si ab E rectam rectae KX parallelam duxerimus, rectangulum comprehensum recta TX rectaque a parallela abscisa aequale erit quadrato ΓX [I, 38]. propterea autem est $TX : EK = TX^2 : X\Gamma^2$ [Eucl. VI, 17; V def. 9]. est autem [Eucl. VI, 4]
$TX : EK = TZ : ZE = \triangle TXZ : EZX$ [Eucl. VI, 1], et [Eucl. VI, 19]
$TX^2 : \Gamma X^2 = XTZ : X\Gamma\Pi = XTZ : H\Theta X$ [u. I, 43]. itaque $TXZ : EZX = TZX : XH\Theta$. quare [Eucl. V, 9] $H\Theta X = XEZ$. habent autem etiam $\angle \Theta HX = XEZ$ [Eucl. I, 29]; nam parallelae sunt EX, $H\Theta$ et EZ, HX. itaque latera aequales angulos comprehendentia in contraria proportione sunt [Eucl. VI, 15]; est igitur $H\Theta : EX = EZ : HX$; quare [Eucl. VI, 16]

$$\Theta H \times HX = XE \times EZ.$$

et quoniam est $\Sigma : \Theta H = PH : H\Pi$, et

$$PH : H\Pi = XE : EZ \text{ [Eucl. VI, 4]}$$

(parallelae enim sunt), erit etiam $\Sigma : \Theta H = XE : EZ$.

ὡς ἡ ΗΘ πρὸς τὴν ΕΧ, ἡ ΕΖ πρὸς τὴν ΗΧ· ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ ΘΗΧ τῷ ὑπὸ ΧΕΖ. καὶ ἐπεί ἐστιν, ὡς ἡ Σ πρὸς τὴν ΘΗ, ἡ ΡΗ πρὸς ΗΠ, ὡς δὲ ἡ ΡΗ πρὸς ΗΠ, ἡ ΧΕ πρὸς ΕΖ· παράλληλοι γάρ· καὶ ὡς ἄρα ἡ Σ πρὸς τὴν ΘΗ, ἡ ΧΕ πρὸς ΕΖ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ Σ πρὸς ΘΗ, τῆς ΧΗ κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης τὸ ὑπὸ Σ, ΧΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΗΧ, ὡς δὲ ἡ ΧΕ πρὸς ΕΖ, τὸ ἀπὸ ΧΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΧΕΖ. καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ Σ, ΧΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΗΧ, τὸ ἀπὸ ΧΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΧΕΖ. ἐναλλάξ, ὡς τὸ ὑπὸ Σ, ΗΧ πρὸς τὸ ἀπὸ ΕΧ, τὸ ὑπὸ ΘΗΧ πρὸς τὸ ὑπὸ ΖΕΧ. ἴσον δὲ τὸ ὑπὸ ΘΗΧ τῷ ὑπὸ ΧΕΖ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ Σ, ΗΧ τῷ ἀπὸ ΕΧ. καί ἐστι τὸ μὲν ὑπὸ Σ, ΗΧ τέταρτον τοῦ παρὰ τὴν ΗΟ εἴδους· ἥ τε γὰρ ΗΧ τῆς ΗΟ ἐστιν ἡμίσεια, καὶ ἡ Σ τῆς παρ' ἣν δύνανται· τὸ δὲ ἀπὸ ΕΧ τέταρτον τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΞ· ἴση γὰρ ἡ ΕΧ τῇ ΧΞ. τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΞ ἴσον ἐστὶ τῷ πρὸς τῇ ΗΟ εἴδει. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι καὶ ἡ ΗΟ δύναται τὸ παρὰ τὴν ΕΞ εἶδος. αἱ ἄρα ΕΞ, ΗΟ συζυγεῖς εἰσι διάμετροι τῶν Α, Β, Γ, Δ ἀντικειμένων.

κα'.

Τῶν αὐτῶν ὑποκειμένων δεικτέον, ὅτι ἡ σύμπτωσις τῶν ἐφαπτομένων πρὸς μίαν τῶν ἀσυμπτώτων ἐστίν.

ἔστωσαν κατὰ συζυγίαν ἀντικείμεναι τομαί, ὧν αἱ διάμετροι αἱ ΑΒ, ΓΔ, καὶ ἐφαπτόμεναι ἤχθωσαν αἱ ΑΕ, ΕΓ. λέγω, ὅτι το Ε σημεῖον προς τῇ ἀσυμπτώτῳ ἐστίν.

1. ἡ] (pr.) om. V; corr. p. ἡ] (alt.) τῇ ΗΘ ἡ V; corr. p. 11. ΖΕΧ] c, Ε e corr. m. 1 V. 15. ἡ Σ] ἧς V; corr. p. 19. ἡ] om. V; corr. p. 20. ΗΟ] ΗΟΣ V; corr. p. 24. μίαν] μιᾷ? 25. τομαί] pv, αἱ τομαί c et deleto αἱ V.

est autem, communi altitudine sumpta XH,
$$\Sigma : \Theta H = \Sigma \times XH : \Theta H \times HX,$$
et $XE : EZ = XE^2 : XE \times EZ$. quare etiam
$$\Sigma \times XH : \Theta H \times HX = XE^2 : XE \times EZ.$$
permutando [Eucl. V, 16]
$$\Sigma \times XH : EX^2 = \Theta H \times HX : ZE \times EX.$$
uerum $\Theta H \times HX = XE \times EZ$. quare etiam [Eucl. V, 14] $\Sigma \times HX = EX^2$. et $\Sigma \times HX$ quarta pars est figurae rectae HO adplicatae; nam et HX rectae HO [I, 30] et Σ parametri dimidia est; et
$$EX^2 = \tfrac{1}{4} E\Xi^2;$$
nam $EX = X\Xi$ [I, 30]. itaque $E\Xi^2$ aequale est figurae rectae HO adplicatae. iam similiter demonstrabimus, etiam HO quadratam aequalem esse figurae rectae $E\Xi$ adplicatae. ergo $E\Xi$, HO diametri coniugatae sunt oppositarum A, B, Γ, Δ [I, 56].

XXI.

Iisdem suppositis demonstrandum, concursum contingentium in una asymptotarum esse.



sint sectiones oppositae coniugatae, quarum diametri sint AB, $\Gamma\Delta$, et contingentes ducantur AE, $E\Gamma$. dico, punctum E in asymptota esse.

nam quoniam ΓX^2 aequale est quartae parti figurae ad AB adplicatae [I, 56], et $\Gamma X^2 = AE^2$, etiam AE^2 quartae parti figurae ad AB adplicatae aequale est. ducatur EX;

ἐπεὶ γὰρ τὸ ἀπὸ *ΓΧ* ἴσον ἐστὶ τῷ τετάρτῳ τοῦ πρὸς τῇ *ΑΒ* εἴδους, τῷ δὲ ἀπὸ *ΓΧ* ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ *ΑΕ*, καὶ τὸ ἀπὸ *ΑΕ* ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ τετάρτῳ μέρει τοῦ πρὸς τῇ *ΑΒ* εἴδους. ἐπεζεύχθω ἡ *ΕΧ*· ἀσύμπτωτος ἄρα ἐστὶν ἡ *ΕΧ*. τὸ ἄρα *Ε* σημεῖον πρὸς τῇ ἀσυμπτώτῳ ἐστίν.

κβ'.

Ἐὰν ἐν ταῖς κατὰ συζυγίαν ἀντικειμέναις ἐκ τοῦ κέντρου εὐθεῖα ἀχθῇ πρὸς ὁποιανοῦν τῶν τομῶν, καὶ ταύτῃ παράλληλος ἀχθῇ συμπίπτουσα μιᾷ τῶν ἐφεξῆς τομῶν καὶ ταῖς ἀσυμπτώτοις, τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν τῆς ἀχθείσης τμημάτων τῶν γινομένων μεταξὺ τῆς τομῆς καὶ τῶν ἀσυμπτώτων ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τετραγώνῳ.

ἔστωσαν κατὰ συζυγίαν ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ *Α, Β, Γ, Δ*, ἀσύμπτωτοι δὲ τῶν τομῶν ἔστωσαν αἱ *ΧΕΖ, ΧΗΘ*, καὶ ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ *Χ* διήχθω τις εὐθεῖα ἡ *ΧΓΔ*, καὶ παράλληλος αὐτῇ ἤχθω τέμνουσα τήν τε ἐφεξῆς τομὴν καὶ τὰς ἀσυμπτώτους ἡ *ΘΕ*. λέγω, ὅτι τὸ ὑπὸ *ΕΚΘ* ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ *ΓΧ*.

τετμήσθω δίχα ἡ *ΚΛ* κατὰ τὸ *Μ*, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ *ΜΧ* ἐκβεβλήσθω· διάμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ *ΑΒ* τῶν *Α, Β* τομῶν. καὶ ἐπεὶ ἡ κατὰ τὸ *Α* ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ *ΕΘ*, ἡ ἄρα *ΕΘ* ἐπὶ τὴν *ΑΒ* τεταγμένως ἐστὶ κατηγμένη. καὶ κέντρον τὸ *Χ*· αἱ *ΑΒ, ΓΔ* ἄρα συζυγεῖς εἰσι διάμετροι. τὸ ἄρα ἀπὸ *ΓΧ* ἴσον ἐστὶ τῷ τετάρτῳ τοῦ παρὰ τὴν *ΑΒ* εἴδους. τῷ δὲ τετάρτῳ μέρει τοῦ παρὰ τὴν *ΑΒ* εἴδους

4. τοῦ] bis V, corr. cvp. 12. τῶν] (alt.) addidi; om. V. 17. *ΧΕΖ, ΧΗΘ*] *ΕΧΖ, ΗΧΘ* p, Halley cum Commandino; sed cfr. lin. 18. 19. *ΘΕ*] *ΘΧ* V; corr. Memus (*et*); *ΘΚΕ* p.

ea igitur asymptota est [prop. I]. ergo E punctum in asymptota est.

XXII.

Si in oppositis coniugatis e centro recta ad quamuis sectionum ducitur, eique parallela recta ducitur cum una sectionum deinceps positarum asymptotisque concurrens, rectangulum comprehensum partibus rectae ductae inter sectionem asymptotasque ortis aequale est quadrato radii.

sint A, B, Γ, Δ sectiones oppositae coniugatae, asymptotae autem sectionum sint XEZ, $XH\Theta$, et a centro X ducatur recta $X\Gamma\Delta$, eique parallela ducatur ΘE secans et sectionem deinceps positam et asymptotas. dico, esse $EK \times K\Theta = \Gamma X^2$.

$K\Lambda$ in M in duas partes aequales secetur, ductaque MX producatur; AB igitur diametrus est sec-



tionum A, B [I, 51 coroll.]. et quoniam recta in A contingens rectae $E\Theta$ parallela est [prop. V], $E\Theta$ ad AB ordinate ducta est. et X centrum est; itaque AB, $\Gamma\Delta$ diametri coniugatae sunt [I def. 6]. quare ΓX^2 aequale est quartae parti figurae ad AB adplicatae [I, 56]. uerum quartae parti figurae ad AB adplicatae aequale est $\Theta K \times KE$ [prop. X]. ergo etiam

$$\Theta K \times KE = \Gamma X^2.$$

ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΘΚΕ· καὶ τὸ ὑπὸ ΘΚΕ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΓΧ.

κγ'.

Ἐὰν ἐν ταῖς κατὰ συζυγίαν ἀντικειμέναις ἐκ τοῦ κέντρου τις ἀχθῇ πρὸς ὁποιανοῦν τῶν τομῶν, καὶ ταύτῃ παράλληλος ἀχθῇ συμπίπτουσα ταῖς ἐφεξῆς τρισὶ τομαῖς, τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν τῆς ἀχθείσης τμημάτων τῶν γινομένων μεταξὺ τῶν τριῶν τομῶν διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τετραγώνου.

ἔστωσαν κατὰ συζυγίαν ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ Α, Β, Γ, Δ, κέντρον δὲ τῶν τομῶν ἔστω τὸ Χ, καὶ ἀπὸ τοῦ Χ πρὸς ὁποιανοῦν τῶν τομῶν προσπιπτέτω τις εὐθεῖα ἡ ΓΧ, καὶ τῇ ΓΧ παράλληλος ἤχθω τέμνουσα τὰς ἐφεξῆς τρεῖς τομὰς ἡ ΚΛ. λέγω, ὅτι τὸ ὑπὸ ΚΜΛ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ ΓΧ.

ἤχθωσαν ἀσύμπτωτοι τῶν τομῶν αἱ ΕΖ, ΗΘ· τὸ ἄρα ἀπὸ ΓΧ ἴσον ἐστὶν ἑκατέρῳ τῶν ὑπὸ ΘΜΕ, ΘΚΕ. τὸ δὲ ὑπὸ ΘΜΕ μετὰ τοῦ ὑπὸ ΘΚΕ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΛΜΚ διὰ τὸ τὰς ἄκρας ἴσας εἶναι. καὶ τὸ ὑπο ΛΜΚ ἄρα διπλάσιόν ἐστι τοῦ ἀπὸ ΓΧ.

κδ'.

Ἐὰν παραβολῇ δύο εὐθεῖαι συμπίπτωσιν ἑκατέρα κατὰ δύο σημεῖα, μηδετέρας δὲ αὐτῶν ἡ σύμπτωσις ὑπὸ τῶν τῆς ἑτέρας συμπτώσεων περιέχηται, συμπεσοῦνται ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι ἐκτὸς τῆς τομῆς.

ἔστω παραβολὴ ἡ ΑΒΓΔ, καὶ τῇ ΑΒΓΔ δύο εὐθεῖαι συμπιπτέτωσαν αἱ ΑΒ, ΓΔ, μηδετέρας δὲ αὐτῶν ἡ σύμπτωσις υπὸ τῶν τῆς ἑτέρας συμπτώσεων

12. ὁποιανοῦν] ποιανοῦν V; corr. p. 16. σύμπτωτοι V; corr. p. 28. συμπτώσεως V; corr. m. 2 v.

XXIII.

Si in oppositis coniugatis e centro recta ad quamuis sectionum ducitur, eique parallela recta ducitur cum tribus sectionibus deinceps positis concurrens, rectangulum comprehensum partibus rectae ductae inter tres sectiones ortis duplo maius est quadrato radii.



sint A, B, Γ, Δ sectiones oppositae coniugatae, centrum autem sectionum sit X, et a X ad quamuis sectionum adcidat recta aliqua ΓX, rectaeque ΓX parallela ducatur $K\Lambda$ tres sectiones deinceps positas secans. dico, esse $KM \times M\Lambda = 2\Gamma X^2$.

ducantur asymptotae sectionum EZ, $H\Theta$; itaque $\Gamma X^2 = \Theta M \times ME$[prop. XXII] $= \Theta K \times KE$[prop. XI]. est autem $\Theta M \times ME + \Theta K \times KE = \Lambda M \times MK$ [u. Eutocius], quia extrema aequalia sunt [prop. VIII et XVI]. ergo etiam $\Lambda M \times MK = \Gamma X^2$.

XXIV.

Si cum parabola duae rectae concurrunt singulae in binis punctis, neutriusque earum punctum concursus punctis concursus alterius continetur, rectae inter se extra sectionem concurrent.

sit parabola $AB\Gamma\Delta$, et cum $AB\Gamma\Delta$ duae rectae concurrant AB, $\Gamma\Delta$, neutriusque earum punctum περιεχέσθω. λέγω, ὅτι ἐκβαλλόμεναι συμπεσοῦνται ἀλλήλαις.

ἤχθωσαν διὰ τῶν B, $Γ$ διάμετροι τῆς τομῆς αἱ EBZ, $HΓΘ$· παράλληλοι ἄρα εἰσὶ καὶ καθ' ἓν μόνον σημεῖον ἑκατέρα τὴν τομὴν τέμνει. ἐπεζεύχθω δὴ ἡ $BΓ$· αἱ ἄρα ὑπὸ $EBΓ$, $BΓH$ γωνίαι δύο ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν, αἱ δὲ $ΔΓ$, BA ἐκβαλλόμεναι ἐλάττονας ποιοῦσι δύο ὀρθῶν. συμπεσοῦνται ἄρα ἀλλήλαις ἐκτὸς τῆς τομῆς.

κε'.

Ἐὰν ὑπερβολῇ δύο εὐθεῖαι συμπίπτωσιν ἑκατέρα κατὰ δύο σημεῖα, μηδετέρας δὲ αὐτῶν ἡ σύμπτωσις ὑπὸ τῶν τῆς ἑτέρας συμπτώσεων περιέχηται, συμπεσοῦνται ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι ἐκτὸς μὲν τῆς τομῆς, ἐντὸς δὲ τῆς περιεχούσης τὴν τομὴν γωνίας.

ἔστω ὑπερβολή, ἧς ἀσύμπτωτοι αἱ AB, $AΓ$, καὶ τεμνέτωσαν δύο εὐθεῖαι τὴν τομὴν αἱ EZ, $HΘ$, καὶ μηδετέρας αὐτῶν ἡ σύμπτωσις ὑπὸ τῶν τῆς ἑτέρας περιεχέσθω. λέγω, ὅτι αἱ EZ, $HΘ$ ἐκβαλλόμεναι συμπεσοῦνται ἐκτὸς μὲν τῆς τομῆς, ἐντὸς δὲ τῆς ὑπὸ $ΓAB$ γωνίας.



ἐπιζευχθεῖσαι γὰρ αἱ AZ, $AΘ$ ἐκβεβλήσθωσαν, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ $ZΘ$. καὶ ἐπεὶ αἱ EZ, $HΘ$ ἐκβαλλόμεναι τέμνουσι τὰς ὑπὸ $AZΘ$, $AΘZ$ γωνίας, εἰσὶ δὲ αἱ

6. $BΓH$] p, om. V. 13. συμπτώσεως V; corr. Memus. 15. γωνίαν V; corr. p.

concursus punctis concursus alterius contineatur. dico, eas productas demum inter se concursuras esse.

per B, Γ diametri sectionis ducantur EBZ, $H\Gamma\Theta$; itaque parallelae sunt [I, 51 coroll.] et in uno tantum



puncto singulae sectionem secant [I, 26]. iam ducatur $B\Gamma$; itaque $\angle EB\Gamma + H\Gamma B$ duobus rectis aequales sunt [Eucl. I, 29], $\Delta\Gamma$ et BA autem productae angulos duobus rectis minores efficiunt. ergo extra sectionem inter se concurrent [Eucl. I *αἰτ.* 5].

XXV.

Si cum hyperbola duae rectae concurrunt singulae in binis punctis, neutriusque earum punctum concursus punctis concursus alterius continetur, rectae inter se concurrent extra sectionem, sed intra angulum sectionem comprehendentem.

sit hyperbola, cuius asymptotae sint AB, $A\Gamma$, duaeque rectae EZ, $H\Theta$ sectionem secent, neutriusque earum punctum concursus punctis concursus alterius contineatur. dico, EZ, $H\Theta$ productas extra sectionem, sed intra angulum ΓAB concursuras esse.

εἰρημέναι γωνίαι δύο ὀρθῶν ἐλάσσονες, αἱ EZ, $H\Theta$ ἐκβαλλόμεναι συμπεσοῦνται ἀλλήλαις ἐκτὸς μὲν τῆς τομῆς, ἐντὸς δὲ τῆς ὑπὸ $BA\Gamma$ γωνίας.

ὁμοίως δὴ δείξομεν, κἂν ἐφαπτόμεναι ὦσι τῶν τομῶν αἱ EZ, $H\Theta$.

κϛ'.

Ἐὰν ἐν ἐλλείψει ἢ κύκλου περιφερείᾳ δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι, οὐ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.

εἰ γὰρ δυνατόν, ἐν ἐλλείψει ἢ κύκλου περιφερείᾳ δύο εὐθεῖαι αἱ $\Gamma\Delta$, EZ μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι τεμνέτωσαν ἀλλήλας δίχα κατὰ τὸ H, καὶ ἔστω κέντρον τῆς τομῆς τὸ Θ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ $H\Theta$ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὰ A, B.

ἐπεὶ οὖν διάμετρός ἐστιν ἡ AB τὴν EZ δίχα τέμνουσα, ἡ ἄρα κατὰ τὸ A ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ EZ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι καὶ τῇ $\Gamma\Delta$. ὥστε καὶ ἡ EZ παράλληλός ἐστι τῇ $\Gamma\Delta$· ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα αἱ $\Gamma\Delta$, EZ δίχα τέμνουσιν ἀλλήλας.

κζ'.

Ἐὰν ἐλλείψεως ἢ κύκλου περιφερείας δύο εὐθεῖαι ἐπιψαύωσιν, ἐὰν μὲν ἡ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσα διὰ τοῦ κέντρου τῆς τομῆς ᾖ, παράλληλοι ἔσονται αἱ ἐφαπτόμεναι, ἐὰν δὲ μή, συμπεσοῦνται ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ κέντρου.

ἔστω ἔλλειψις ἢ κύκλου περιφέρεια ἡ AB, καὶ ἐφαπτέσθωσαν αὐτῆς αἱ $\Gamma A\Delta$, EBZ, καὶ ἐπεξεύχθω

4. κἂν] καί V; corr. p. 14. τά] τό V; corr. p. 19. δίχα] om. V; corr. p. 27. EBZ] BEZ V; corr. p.

ductae enim AZ, $A\Theta$ producantur, ducaturque $Z\Theta$. et quoniam EZ, $H\Theta$ productae angulos $AZ\Theta$, $A\Theta Z$ secant, hi autem anguli duobus rectis minores sunt [Eucl. I, 17], EZ, $H\Theta$ productae inter se concurrent extra sectionem, sed intra angulum $BA\Gamma$.

iam similiter hoc demonstrabimus, etiam si EZ, $H\Theta$ sectiones contingunt.

XXVI.

Si in ellipsi uel circulo duae rectae inter se secant non per centrum positae, non in binas partes aequales inter se secant.

nam si fieri potest, in ellipsi uel circulo duae rectae $\Gamma\Delta$, EZ non per centrum positae inter se in binas partes aequales secent in H, centrum autem sectionis sit Θ, ductaque $H\Theta$ ad A, B producatur.



iam quoniam AB diametrus est rectam EZ in duas partes aequales secans, recta in A contingens rectae EZ parallela est [prop. VI]. similiter igitur demonstrabimus, eam etiam rectae $\Gamma\Delta$ parallelam esse. quare etiam EZ rectae $\Gamma\Delta$ parallela est [Eucl. I, 30]; quod fieri non potest. ergo $\Gamma\Delta$, EZ inter se in binas partes aequales non secant.

XXVII.

Si ellipsim uel circulum duae rectae contingunt, rectae contingentes parallelae erunt, si recta puncta contactus coniungens per centrum sectionis cadit, sin minus, in eadem parte centri concurrent.

ἡ ΑΒ καὶ ἔστω πρότερον διὰ τοῦ κέντρου. λέγω, ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ ΓΔ τῇ ΕΖ.

ἐπεὶ γὰρ διάμετρός ἐστιν ἡ ΑΒ τῆς τομῆς, καὶ ἐφάπτεται κατὰ τὸ Α ἡ ΓΔ, ἡ ΓΔ ἄρα παράλληλός ἐστι ταῖς ἐπὶ τὴν ΑΒ τεταγμένως κατηγμέναις. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΒΖ παράλληλός ἐστι ταῖς αὐταῖς. καὶ ἡ ΓΔ ἄρα τῇ ΕΖ παράλληλός ἐστι.

μὴ ἐρχέσθω δὴ ἡ ΑΒ διὰ τοῦ κέντρου, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς δευτέρας καταγραφῆς, καὶ ἤχθω διάμετρος ἡ ΑΘ, καὶ διὰ τοῦ Θ ἐφαπτομένη ἡ ΚΘΛ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΚΛ τῇ ΓΔ. ἡ ἄρα ΕΖ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ ΓΔ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ κέντρου, ἐν οἷς ἐστιν ἡ ΑΒ.

κη'.

Ἐὰν ἐν κώνου τομῇ ἢ κύκλου περιφερείᾳ δύο παραλλήλους εὐθείας εὐθεῖά τις δίχα τέμνῃ, διάμετρος ἔσται τῆς τομῆς.



ἐν γὰρ κώνου τομῇ δύο εὐθεῖαι παράλληλοι αἱ ΑΒ, ΓΔ δίχα τετμήσθωσαν κατὰ τὰ Ε, Ζ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΕΖ ἐκβεβλήσθω. λέγω, ὅτι διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς.

εἰ γὰρ μή, ἔστω, εἰ δυνατόν, ἡ ΗΖΘ. ἡ ἄρα κατὰ τὸ Η ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ ΑΒ. ὥστε ἡ αὐτὴ παράλληλός ἐστι τῇ ΓΔ. καί ἐστι διάμετρος ἡ ΗΘ· ἴση ἄρα ἡ ΓΘ τῇ ΘΔ· ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἡ ΓΕ τῇ ΕΔ ἴση. οὐκ ἄρα διάμετρός ἐστιν

24. ΗΖΘ] p, ΗΘΖ V.

sit ellipsis uel circulus AB, contingantque $\Gamma A \Delta$, EBZ, et ducatur AB cadatque prius per centrum. dico, $\Gamma\Delta$ et EZ parallelas esse.

nam quoniam AB diametrus sectionis est, $\Gamma\Delta$ autem in A contingit, $\Gamma\Delta$ rectis ad AB ordinate ductis parallela est [I, 17]. eadem igitur de causa etiam BZ iisdem parallela est. ergo etiam $\Gamma\Delta$ et EZ parallelae sunt [Eucl. I, 30].



iam AB per centrum ne cadat, ut in secunda figura est, et ducatur diametrus $A\Theta$, per Θ autem contingens $K\Theta\Lambda$; itaque $K\Lambda$ et $\Gamma\Delta$ parallelae sunt [u. supra]. ergo EZ producta cum $\Gamma\Delta$ concurret in eadem parte centri, in qua est AB [Eucl. I αἴτ. 5].

XXVIII.

Si in coni sectione uel circulo recta aliqua duas rectas parallelas in binas partes secat, diametrus sectionis erit.

in coni sectione enim duae rectae parallelae AB, $\Gamma\Delta$ in E, Z in binas partes aequales secentur, et ducta EZ producatur. dico, eam diametrum sectionis esse.

nam si minus, sit $H\Theta Z$, si fieri potest. itaque recta in H contingens rectae AB parallela est [prop. V—VI]. quare eadem rectae $\Gamma\Delta$ parallela est ἡ ΗΘ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις πλὴν τῆς ΕΖ. ἡ ΕΖ ἄρα διάμετρος ἔσται τῆς τομῆς.

κθ΄.

Ἐὰν ἐν κώνου τομῇ ἢ κύκλου περιφερείᾳ δύο εὐθεῖαι ἐφαπτόμεναι συμπίπτωσιν, ἀπὸ τῆς συμπτώσεως αὐτῶν ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνυούσης ἀγομένη εὐθεῖα διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς.

ἔστω κώνου τομὴ ἢ κύκλου περιφέρεια, ἧς ἐφαπτόμεναι εὐθεῖαι ἤχθωσαν αἱ ΑΒ, ΑΓ συμπίπτουσαι κατὰ τὸ Α, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΒΓ δίχα τετμήσθω κατὰ τὸ Δ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΔ. λέγω, ὅτι διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς.

εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω διάμετρος ἡ ΔΕ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΕΓ· τεμεῖ δὴ τὴν τομήν. τεμνέτω κατὰ τὸ Ζ, καὶ διὰ τοῦ Ζ τῇ ΓΔΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΖΚΗ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΓΔ τῇ ΔΒ, ἴση καὶ ἡ ΖΘ τῇ ΘΗ. καὶ ἐπεὶ ἡ κατὰ τὸ Λ ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ ΒΓ, ἔστι δὲ καὶ ἡ ΖΗ τῇ ΒΓ παράλληλος, καὶ ἡ ΖΗ ἄρα παράλληλός ἐστι τῇ κατὰ τὸ Λ ἐφαπτομένῃ. ἴση ἄρα ἡ ΖΘ τῇ ΘΚ· ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα διάμετρός ἐστιν ἡ ΔΕ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις πλὴν τῆς ΑΔ.



5. ἀπό] ἡ ἀπό p. 13. ΔΕ] corr. ex ΒΕ m. 1. V, ΒΕ cv, ΕΔ p. 16. ΖΚΗ] ΖΗΚ V, ΖΘΗ p et Comm.; corr.

[Eucl. I, 30]. et $H\Theta$ diametrus est; itaque $\Gamma\Theta = \Theta\varDelta$ [I def. 4]. quod absurdum est; supposuimus enim, esse $\Gamma E = E\varDelta$. itaque $H\Theta$ diametrus non est. iam similiter demonstrabimus, ne aliam quidem ullam diametrum esse praeter EZ. ergo EZ diametrus sectionis erit.

XXIX.

Si in coni sectione uel circulo duae rectae contingentes concurrunt, recta a puncto earum concursus ad punctum medium rectae puncta contactus coniungentis ducta diametrus sectionis est.

sit coni sectio uel circulus, quam contingentes ducantur rectae AB, $A\Gamma$ in A concurrentes, et ducta $B\Gamma$ in $\varDelta$ in duas partes aequales secetur, ducaturque $A\varDelta$. dico, eam diametrum sectionis esse.

